

Daniel. et omni sanctoz. quoz solemp
nibus hodie in conspectu tue maiestatis. re
spectur. dñe deus noster toto in dihe ter
ram san toz tuoz quoz meritis precibus
accipias. ut in omnibz prestatibz tue cum
animur auribz p̄ cūdem xp̄im dñm m̄m.
anc igitur oblationem seruitus noſt
rūte famulie tue. Quesum̄ dñe. ut pla
z accipias. dies qz nostro in via pacē di
as. atqz ab eternā damnatione nos respo
lectoz tuoz ubcas ḡc̄ge numerari p
dñm m̄m. Quā oblationē tu deuoti
omibz qz. benedictā  effigiatā 
rationabilē acceptabilē qz faci
teris. ut nobis. corpus  et sanguis 
delemissimi filij tui dñi nostri ihu xp̄isti

MS 612

Sammeld
Ausfor . fak.

Programma⁶⁰.

PRORECTO-
RIS ET SENATVS
ACADEMIÆ IVLIÆ

*Studioſa Juventuti ſub initium
Quinquagesima.*

P. P.



HELMSTAADI,
Ex officinâ LVCIORVM.



PRORECTOR ET SENATVS
ACADEMIAE JVLIÆ,

CIVIBVS SVIS S. D.

REdeunt jam illi dies quibus improbi & infernali furiarum filij ineptire, turpiter se gerere, Bacchari, & fariosorū luperorum more per plateas discursitare solebant. Quam impietatem & petulantiam, vti vera Ecclesia semper damnauit, Romaniq; olim ob turpitudinem è Rep. suâ exterminarunt, ita Sereniss. & Illustriss. Princeps ac Dominus, Dominus Fridericus-Vlricus Dux Brunsuicensium & Lunæburgensium, Dominus noster clemensissimus, ejusmodi nefanda Bacchi Orgia ante triennium publico edicto seuerissime & sub grauissimæ pœnæ comminatione prohibuit, & ad natale solum, orcum sc. re-

1545. 1. H

mi-

my 2010 v. 1. 2009-2010


misit. Hoc edictum tabulis in utroq; foro
tum temporis est affixum, ejusq; executio
nobis & magistratui oppidano demanda-
ta. Non fuit hactenus inuentus ullus, qui
hoc salutare præceptum violare, & hæc
Bacchanalia ab orco reuocare ausus fuisset.
Nec putamus quod quisquā vestrum tam
ferreæ sit frontis, vt piam, honestamq; le-
gem injuriosis pedibus conculcare, & id
quod recta ratio, magistratus, omnesq; ho-
nesti & graues viri, & deniq; Deus ipse con-
demnat, facere velit. Tristia hæc tempora,
& miserabilis rerum cum publicarum tum
priuatarum facies aliud requirit. Et hæ
quæ sequuntur septimanæ non luxuriæ ne-
que heluationibus, non ineptijs & ridicu-
lis discursionibus sunt consecratæ, sed
piis meditationibus ac precibus à majori-
bus nostris pio & graui consilio sunt desti-
natæ. Quapropter pio miseria & cala-
mitate nostrâ mitigandâ potius preces &
Iachrymas ad Deum fundite, & ab omni-
bus commessionibus, heluationibus, vo-
ciferationibus, tumultuationibus, grassa-

tionibus, discursationibus, & si quid ejusmodi contra leges præterea fieri possit, prorsus abstinet. Qui morem nobis gesserint, cum primis Dei opt. max. gratiam, & omnium nostrorum fauorem & patronum merebuntur. Qui verò cum ratione insanire, & legum magistratumq; autoritatem ludibrio habere perrexerint, in illos id statuetur quod Sereniss. Princeps noster, & leges, dignitasq; Academiæ, & denique tempora hæc volunt atq; jubent. P. P.
in Acad. Iuliâ prid. Id. Februar.

Anno 1632.



V 3 27




...mperie haec et vniuersitas h[oc]c
vna. h[oc]t ~~+~~ unumcrat h[oc]c sā
crifia illibata. **N**on primis que nbi
vnius p[ro]o eccl[esi]a tua sancta catholica
pacificac custodie adiuvare. et regere d[omi]n[is]
ris tota orbe terrarū. vna cī famulo
mōna. kege. mōnō **S**anctissimo stro **S**et oīku
Orthodoxis catholice i apostolice fidēi
māib[us]. **M**emorāto dūc famulor[um] famili
q[ue] tuarū. **S**et oīm curūstionū quod
fides cognita est. et nota deuoto p[ro]o q[ui]
nbi offerimus. et qui nbi offerunt hoc
famū laudis pro se suis q[ue] omnib[us] p[ro]o re
tione animarū suarū. p[ro]o spe salutis.
incolumitatis sue nbi reddūt uota
eterno deo viuo et uero **D**omini



B.I.G.

Farbkarte #13

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black



a 60.
ATO.
ATVS.
LIA.

initium

M.